Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26317
Copyright: Admont, Benediktinerstift



do⁹ ꝛc ut recognoscens ⁊ rememorans tante gratie collacionem
per gratiarum actionem ⁊ anime et spiritus exultacionem meretur iterum
gratiarum multiplicacionem ⁊ confirmacionem ⁊ conservacionem iuxta
illud ps. Multiplicabis in anima mea virtutem. Ut sic
ad locum unde in ipsam tam largiter fluxerunt ⁊ influxe-
runt tantarum fluvia gratiarum per tam liberalem collacionem
revertentur per humilem gratiarum actionem ⁊ recognicionem ut iterum
refluerent per superefluentem gratiarum multiplicacionem et
conservacionem ⁊ confirmacionem iuxta illud ps. Confirma deus hoc
quod operatus es in nobis. ¶ Hinc igitur tam profundam me-
ditacionem ⁊ tam altam contemplacionem beate virginis in huius can-
tici modulacione ⁊ iubilacione quantum ipsa donante
possumus attendamus si forte nobis circa illam sue
gratie ⁊ acuius intelligencie sinum pandat. Divisio
et distinccio ymni sive cantici beate
virginis. .xv.

Magnificat anima mea dominum ꝛc. Canticum istud secundum
distinccionem cantus ⁊ usus ecclesie in cantando habet duos quina-
rios versuum hoc est .x. versus. Primi quinarii primi duo ver-
sus continent ipsius virginis in contemplacione misterii in-
carnacionis iubilacionem et exultacionem cum incipit Magnificat
anima mea dominum ⁊ subiungit Et exultavit spiritus meus in deo
salutari meo. Eiusdem vero quinarii tres sequentes versus
exprimunt ipsius iubilacionis et exultacionis causam
⁊ rationem cum addit. Quia re humili an sue ⁊ iterum